

uid vniuerse ecclesie. **B**enedicite domi-
 no deo nostro. Et benedixit omnis ecclesia
 domino deo patrum suorum. et indinauerunt
 se et adorauerunt deum: et deinde re-
 gem. Immolaueruntque victimas domino:
 et obrulerunt holocausta die sequenti. tau-
 ros mille arietes mille agnos mille cuius
 libaminibus suis et vniuerso ritu abun-
 dantissime in omnem israel. Et comede-
 runt et biberunt coram domino in die illo
 cum grandi lenicia: et vixerunt secundo
 salomonem filium dauid. **A**nserunt autem
 eum domino in principem: et sadoch in pon-
 tificem. Seditque salomon super solium
 domini in regem pro dauid patre suo et
 cunctis placuit: et paruit illi omnis israel.
Sed et vniuersi principes et potentes et cuius-
 cunque filii regis dauid dederunt manum: et
 subiecti fuerunt salomoni regi. **M**a-
 gnificauit ergo dominus salomonem super omnem
 israel: et dedit illi gloriam regni qualem nullus
 habuit ante eum rex israel. **I**gitur dauid fi-
 lius isai regnavit super vniuersam israel:
 et dies quibus regnavit super israel fue-
 runt quadraginta anni. **I**n hebron regna-
 uit septem annis: et in hierusalem triginti-
 tate tribus: et mortuus est in senectute bona
 plenus dierum et diuitiis et gloria: et re-
 gnauit salomon filius eius pro eo. **G**esta
 autem dauid regis priora et nouissima scri-
 pta sunt in libro samuel videntis: et in li-
 bro nathan prophete: atque in volumine gad
 videntis: vniuersique regni eius fortitudi-
 nis et temporum que transierunt sub eo: siue
 in israel. siue in cunctis regnis terrarum

Explicat dabeziamin liber primus. **I**nci-
 pit dabeziamin siue Paralipomenon
 liber secundus. **C**apitulum I

Donfortatus est ergo
 salomon filius da-
 uid in regno suo: et
 dominus erat cum eo
 et magnificauit eum

in excelsu. **P**recepitque salomon vniuer-
 so israeli tribunis et centurionibus et du-
 cibus et iudicibus omnis israel et princi-
 pibus familiarum: et abiit cum vniuer-
 sa multitudine in excelsum gabaon. **V**bi
 erat tabernaculus federis domini: quod
 fecit moyses famulus dei in solitudine.
Arcam autem dei adduxerat dauid de ca-
 riatbarim in locum quem preparauerat
 ei: et vbi fixerat illi tabernaculum hoc est
 in hierusalem. **A**ltare quoque eueum quod
 fabricatus fuerat befeleel filius vri filij
 vri: vbi erat coram tabernaculo domini:
 quod et requisit salomon et omnis ec-
 clesia. **A**scenditque salomon ad altare ene-
 um coram tabernaculo federis domini:
 et obtulit in eo mille hostias. **E**cce autem
 in ipsa nocte apparuit ei deus dicens. **P**o-
 stula quod vis. **V**t tibi. **D**ixitque sa-
 lomoni deo. **T**u fecisti cum dauid patre
 meo misericordiam magnam: et consti-
 tuisti me regem pro eo. **N**unc ergo domine
 deus impleatur sermo tuus quem polli-
 citus es dauid patri meo. **T**u enim me
 fecisti regem super populum tuum mul-
 tum: qui tam innumerabilis est quasi pul-
 vis terre. **D**abo mihi sapientiam et intelli-
 gentiam: ut ingrediar et egrediar coram
 populo tuo. **Q**uis enim potest hunc po-
 pulum tuum digne qui tam grandis est
 iudicare? **D**ixit autem deus ad salomo-
 nem. **Q**uia hoc magis placuit cordi tuo
 et non postulasti diuitias et substantiam
 et gloriam. **N**ecque animas eorum qui te o-
 derant. **S**ed nec dies vite plurimos. **P**eristi
 autem sapientiam et scientiam. **V**t iudi-
 care possis populum meum super quem constitu-
 i te regem: sapientia et scientia data sunt ti-
 bi. **D**iuitias autem et substantiam et glori-
 am dabo tibi: ita ut nullus in regibus nec
 ante te nec post te fuerit similis tui. **E**le-
 uit ergo salomon ab excelsu gabaon in
 hierusalem coram tabernaculo federis: et
 regnavit super israel. **C**ongregauitque si-
 bi currus et equites: et facti sunt ei mil-